Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



fili hominis ne timeas eos. Et
sermones eorum metuas: quia
scorpiones sunt tecum. Et cum
scorpionibus habitas. Verba eorum ne
timeas. Et multis eorum ne formidas:
quia domus exasperans est. Loqueris
igitur verba mea ad eos si forte audiant
et quiescant: quia irritatores sunt. Tu
autem fili hominis audi quecumque
loquor ad te. Et noli esse exasperans
sicut domus exasperans est. Aperi os
tuum. Et comede quecumque ego do tibi.
Et vidi. Et ecce manus missa ad
me. In qua erat involutus liber:
Et expandit illum coram me: qui erat
scriptus intus et foris: Et erant
in eo lamentationes. Et carmen. Et ve.
Et dixit ad me. Fili hominis: quecumque
inveneris comede. Comede volumen
istud. Et vadens loquere ad filios israel.
Et aperui os meum. Et cibavit me volu
men hoc. Capitulum. xl.

Et dixit ad me. Fili hominis.
venter tuus comedet. Et
viscera tua replebuntur vo
lumine isto quod ego do tibi. Et come
di illud. Et factum est in ore meo dulce
sicut mel. Et dixit ad me. Fili hominis
vade. Et ingredere ad domum israel. Et loqueris
verba mea ad eos. Non enim ad populum
profundi sermonis et ignoti lingue
tu mittis. ad domum israel. neque ad
populos multos quorum non possis
audire sermones. Et si ad illos mit
teris. ipsi audirent te. domus autem israel
noluit audire te. quia noluit au
dire me. Omnis quippe domus
israel durata fronte est. Et duro corde.
Ecce dedi faciem tuam valentiorem
faciebus eorum. Et frontem tuam duri
orem frontibus eorum. Vt adamantem
et ut silicem dedi faciem tuam. Ne
timeas eos. neque metuas a facie
eorum. quia domus exasperans est. Et
dixit ad me. Fili hominis omnes
sermones meos quos loquor ad te
assume in corde tuo. Et auribus tuis
audi. Et vade ingredere ad transmigra
tionem ad filios populi tui. Et loqueris
ad eos. Et dices eis. Hec dicit dominus
deus si forte audiant. Et quiescant:
Et assumpsit me spiritus. Et audivi post
me vocem commotionis magne. be
nedicta gloria domini de loco suo.
Et vocem alarum animalium percutientium
altera ad alteram. Et vocem rotarum se
quentium animalia. Et vocem commo
tionis magne. Sublevavit quoque levavit
me. Et assumpsit me. Et abiit amari
tudo in indignatione spiritus mei. Ma
nus enim domini erat mecum for
tans me. Et veni ad transmigra
tionem ad cedrum novam. Et frugi
ferum ad eos qui habitabant juxta flumen
chobar. Et sedi ibi ubi illi sedebant:
et mansi ibi. vii. diebus merens in
medio eorum. Cum autem pertransisset
vii. dies factum est verbum domini
ad me dicens. Fili hominis speculatorem dedi te domui israel:
et audies de ore meo verbum. Et an
nuntiabis eis ex me. Si dicente me
ad impium morte morieris. Et non
annuntiaveris ei. neque locutus fueris
ut avertatur a via sua mala et vi
vat. ipse impius in iniquitate sua
morietur. sanguinem autem eius de
manu tua requiram. Si autem an
nuntiaveris impio. Et ille non fuerit
conversus ab impietate sua. Et a via
sua impia: ipse quidem in iniquita
te sua morietur. tu autem animam
tuam liberasti. Et si reversus fuerit
a justitia sua fecerit iniquitatem: